Sabinen. Iulianus Ostien. Iohannes Michael Portuen. Georgius
Albanen. Jeronimus Penestrin. Epi Paulus tt sancti Sixti Johannes Jacobus tt sancti Stephani in Celio Monte Johannes tt sancti Vitalis
Laurentius tt sancte Susane pbri Raphael sancti Georgii Johannes sancte Marie in Aquiro Johannes sancte Marie in domnica Diaconi miseratione
divina Sacrosancte Romane ecclie Cardinales Universis et singulis xpifidelibus presentes litteras inspecturis Salt in dno sempiternam
Quanto frequentius fidelium mentes ad opera caritatis inducimus tanto salubrius animarum suarum saluti providemus Cupientes igitur ut Capella sancti
Jeronimi Sita in ecclia Sancti Petri loci de Bozolo Cremonen. dioc. ad quam sicut accepimus Dilecte nobis in xpo Religiose et ho
nestis Sorores Antonia Thomasini Malherba et Anna Antonii da Lot ordinis sancti francisci dicte dioc. singularem gerunt
devotionis affectum congruis frequentetur honoribus et a xpifidelibus iugiter veneretur ac in suis structuris et edificiis debite reparetur
conservetur et manuteneatur necnon Luminaribus Libris Calicibus et aliis ecclesiasticis ornamentis divino cultui necessariis decoretur et
decenter muniatur in ea quoque cultus augmentetur divinus Utque xpifideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem quo ex hoc
ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos De omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Aplorum eius auctte confisi
omnibus et singulis utriusque sexus xpifidelibus vere penitentibus et confessis qui dictam Capellam in singulis videlicet Assumptionis beatissime
Virginis Marie Sancti Jeronimi Sancti Dominici et Sancti Vincentii ordinis predicatorum ipsiusque Capelle dedicationis que celebratur
in die Aplorum Petri et Pauli festivitatibus et diebus a primis Vesperis usque ad Secundas Vesperas inclusive devote visitaverint An
nuatim ac ad reparationem conservationem munitionem augmentationem et alia opera premissa manus porrexerint adiutrices Nos Cardinales
prefati videlicet quilibet nostrum per se pro singulis festivitatibus et diebus prefatis quibus id fecerint Centum dies de iniunctis eis penitentiis
misericorditer in domino relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis In quorum fidem presentes nostras litteras fieri nostrorumque Sigillorum
iussimus appensione muniri Dat Rome in domibus nostris sub Anno a Nativitate dni Millesimoquadringentesimononagesimotertio die vero
Vicesima secunda Mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in xpo patris et dni nri domini Alexandri divina
providentia pape Sexti Anno Primo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1823028365-12
DFG

1493 april 22

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1823028365-12